

Johann Affelmann Hermannus Wolff

Disputationum Theologicarum VII. De Creatione

Rostochii: Reusnerus, 1611

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737660120>

Druck Freier  Zugang



F. Affemann
R. U. theol. 1611.



3/

DISPUTATIONVM THEO-
LOGICARVM
VII.

DE CREA-
TIONE,

In Qua

DIVINA IUVANTE GRATIA

Præside

Johanne Affelmanno

S.S. Theologiæ Doctore & Professore in Aca-
demia Rostochiensis publico

Respondebit

HERMANNUS VVOLFÉ Osnabrug. Vct.
Ad 30. Januarij horis à septimâ matutinis.



ROSTOCHII,
Ex Typographia Christophori Reusneri.

ANNO *cl* *l* *CXl.*

1611



... NIBERHO ...
... civibus illis Lubecen-
... Willelmo, primarijs,

...
...
... LAURENTIO LUB-
... Germanis & reipub. Wil-
... patricijs,

Denique Accedentibus, favoribus ac amicis suis eter-
num colendo dissertationem hanc de Creatione
Theologicam in delicta observantia &
grati animi symbolum, offert
& consecrat,

Hermannus Wulff
Respondens.



VII.

DE CREATIONE.

Quæ est Entis à DEO ELOHIMEX nihilo constitutio Gen. 1. v. 1. Esa. 41. v. 24.

Quæritur I.

An mundus sit ab æterno? Hic enim Philosophi Ethnici, etiam isti qui nondam à Patriâ ut quidem jaçtitabant, quàm à Professione MUNDANI dicebantur, nimirum quantum debiant! Aristoteles 8 Topic. PROBLEMA 6 vult esse dialecticum dogma de æternitate mundi, pro affirmativâ autem concludit 8. Phys. 1. de cæl. 8 l. 12. Met. quem frustrâ excusatum eunt fratres ex Hispaniâ. Plato conditum quidem inculcat, sed è materiâ æternâ idg. ante infinitas myriades annorum, insistens per omnia vestigijs Hippocratis, si rectè consideraveris ea quæ habet in lib. de carnibus. Nec Platonem deseruere asseclæ. Proclus apud Philoponum. Averoës lib. 8. Phys. 1. de cæl. Sic Marcionitæ vel Materiarij apud Tertull. l. 5. advers. Hermog. Manichæi apud Nyssen. lib. de opific. hom. c. 23. August. heres. 46. Selencus & Hermias apud August. heres. 59. alyg. qui anno Christi 1017. fuere in Gallijs. Varias significaciones vocabuli Bana de quibus R. David Kimichi sive ad actionem sive passionem distinctè, neq. enim creator & creatura sunt relata mutua, referantur, ut dicamus prolixius, cum quo sensu nos id usurpemus hoc loco constet, è def. non necessest. Mundi æternitatem oppugnamus I scriptura dictis expressis Gen. 1. v. 1. Prov. 8. v. 22. Sap. 11 v. 18. Eph. 3. v. 9. Col. 1. v. 15. Eb. 11. v. 3. II. rationibus. Mundi namq. cum partes sint duplices quedam sublunares, quedam sublimares, nec hæ nec istæ dici possunt esse ab æterno. De utrisq. probatur. Quia mutationibus istæ partes sunt snt obnoxie. Sublunares namq. servandæ multitudine singularium, ordine succedentium, adeoq. corruptioni expositæ indies. Nullum autem corruptibile subsistere potest nisi per tempus finitum: rursus è finitis numero & magnitudine constat nisi finitum, tempus autem ab æterno veniens, si modo tempus, fuisset infinitum. Sublimares moventur successibus semper circuitionibus. Adjectione circuitionum constat eorum numerus: finita Ergo. Si numerus est, non potest esse non numerabilis per par aut impar atq. adeo finita ibi partes, nõ infinitæ quia numerus sit adjectione unitatis major: infinito autem nil majus. Si non infinitæ, Ergo nec æternæ deducta vide hæc apud Vall de S. P. Nostro instituto convenientius est ut sic
R
proce-

procedamus: Quicquid interitui est obnoxium id non est sine principio, non ab aeterno. Neg. negat Aristoteles. At mundus est interitui obnoxius, quod (Et hoc quidem loco) probatur à testimonijs clarissimis Matt. 5. v. 18. c. 24. v. 35. 1 Cor. 7. v. 31. 2 Pet. 3. v. 10. 1 Joh. 2. v. 17. Et qui negares? Propinquum potius ultimum diem esse signa docent eaq, quae sunt Supra nos; in Sole, Luna, Stellis Luc. 21. v. 25. Apocal. 6. v. 12. quae sunt Intra nos; animorum angor, corporum languor Luc. 21. v. 26. quae sunt Circa nos; E'vangelium prædicabitur in toto mundo Matt. 24. v. 12. Securitas regnabit Et omne genus vitij Matt. 24. v. 12. 2 Pet. 3. v. 3. erunt haeretici multi Matt. 24. v. 24. bella v. 6. pestis v. 7. dilectio extinguetur v. 12. quae sunt Infra nos; aquarum elusiones, terræ motus Luc. 21. v. 25. Quin etiam si cælum (mundus) non præteribit sed durabit in aeternum, nec homo semel mortuus, resurget. Qui sic? Verba Iobi id testantur: Homo cum dormierit non resurget donec prætereat cælum cap. 14. v. 12. At posterius absurdum. Ergo. Quem quidem interitum putamus fore secundum substantiam, contra Lombardum l. 4. dist. 48. Conimbric. l. 1. de cæl c. 14. q. 1. Goclen. in Phys. p. 93. Timpl. 1. v. p. 58. Et Calvinianos plerosq, quod ut putemus ipsa verborum Emphasis, Perire, Interire, Abire, fugere, non existere Ps. 102. v. 25. 26. Matt. 24. v. 35. Luc. 21. v. 33. 2 Pet. 3. v. 10. Apoc. 21. v. 1. jubet. Nec offendimur quod vocabulo Mutandi utatur Scriptura, qui Mutari aliquando Sacra Phrasi idem esse quod interire Et prorsus tolli novimus ut Dan. 4. v. 22. Septem tempora mutabuntur super te; id est transibunt. Sic in Cantic. c. 2. v. 11. Esa. 2. v. 18. Anne verò mundum vis dicere Conditum ad imaginem Dei, quod præclarum Elogium Scriptura tribuit homini? Nam à Θεογονίας καὶ ἀθανασίας partem esse imaginis divina negari nequit. Tum: destructio sine etiam destruitur ipsum finitum. Finis mundi destruetur Esa. 65. v. 17. c. 66. v. 22. 2 Pet. 3. v. 13. Apoc. 21. v. 1. Ergo ipsum finitum mundus scil. Ergo non manebit aeternum. Ergo nec fuit ab aeterno. Ergo nec aeternus. Neg. etiam, cum creaturam dixerimus, ab aeterno esse potuit. Ut merito mireris Jeshuitas, Conimbicenses dico, B. Petrum. Franc. Suarez. scripsisse creaturam posse esse ab aeterno. Sum primo vocem Creaturae Et sic argues: Id quod esse non potest nisi post non esse, non potest esse ab aeterno. Quod enim ab aeterno semper habet esse nunquam non esse. At nulla creatura esse potest, nisi post non esse. Creari enim est ex nihilo produci. E. Sequeretur quoq, quando quid creatur habere simul esse Et nō esse, Et rem simul ac fieret esse factam. Sume Et secūdo vocē aeternitatis. Aeternitas est duratio permanens sine principio, hoc est, duratio infinita. At nulla creatura potest habere talem durationem, quia non potest habere essentiam infinitam, neg. durationem quae permaneat semper eadem, quae nullā mutationem admittat. Non Ergo potest esse aeterna. Creatus Ergo mundus, idq. à Deo. Est n. Solius Dei opus proprium creatio Ps. 95. v. 5. Esa. 45. v. 67. Jer. 10. v. 12. Heb. 3. v. 4. quod sic citè expressit Athanasius: administrare Creaturarum Et servorum est, Condere autem Et creare solius Dei ejusq, verbi Et substantiae Sermon. 3. cont. Arian. de quibus paulò post. Id quod contra Simonē Magū notandum, qui ab Angelis non à Deo mundum dicebat conditū Angelos autem istos ex Selene quadam esse prognatos apud Iren. l. 1. c. 20. 21. contra Saturninū qui mundum à septem Angelis factum dicebat absq. Dei Patris Consensu. Tertull. de præscript. quib. ad fines alij apud Augustinum haes. 31. Sed ut plenius

de Creatione differamus, quum convenientior nulla detur, sequamur Methodum Mosae-
eam expressam in Genes. Cap. 1. idq. ita ut ad sex dierum classes quesita re-
feramus.

II.

Sequamur Ergo ductum Mosi, quo non abducimur. Piaculum sit libro isti
Apocrypho credere de quo Turribius Asturicensis Episcopus ad Idonicum & Ceponi-
um scribit, se librum vidisse cui titulus: MEMORIA APOSTOLORUM
in quo ceu falsa ea quae Moses de Creatione scripsit rejiciantur. Et sequamur Mosi
ductum quâ die sex singulo. Ubi non movemur si quis è Philone lib. de Al-
legar. legis Mosaeicae, Procopio Gaza in Genes. Cajetan. comm. sup. 1. cap. Gen.
objiciat Rusticane esse simplicitatis Existimare mundum decursu & morâ sex die-
rum esse conditum, sed totum eum uno temporis puncto creatum, Mosem autem in de-
scribendo mundi opificio sex dierum distinctione usum esse docendi gratia, ob eorum
Judaeorum puta, quibus scribebat tarditatem juxta & ruditatem, dixerit. Sententia
quidem est quae alicubi asseclam habet D. Augustinum, & in eandem inclinantem
Thomam q. 4 de poten. Dei art. 2. & in 1. part. quæst. 74. art. 2. & non neminè è recen-
tioribus. Quibus opponimus I, ipsam narrationem Mosaicam clarâ c. 1. Gen. II. Textû
è Mose in Exod. c. 20. v. 31. tum III. hoc argumentum: Distinctio sex dierum à
Mose tradita denotat aut ordinem naturæ, aut ordinem dignitatis, aut ordinem co-
gnitionis, aut ordinem temporis. Sic enim enumerant Theologi & Philosophi.
Non ordinem naturæ quem creaturæ inter se habent, quia sic Solis asrorûq. creatio
prius venisset enarranda quam stirpium quia illa natura priora sunt tanquam stir-
pium causse: nec ordinem dignitatis rerum conditarum, sic enim hominis creatio
præcederet quæ demum sequitur loco ultimo. Nec ordinem cognitionis idq. sive
Deum sive homines respicias, quod in confesso. Relinquitur Ergo quod ordinem de-
notet temporis. Philosophicas scio Scholasticos multa pro contraria sententia addu-
cere rationes sed quid præter rationes? Opponunt quidem aliàs dictû Ecclesiast. 18. v. 1.
ubi urgent vocabulum simul. Sed minus commode cum vox simul notet ibi non-
συγκαταθεσιν sed operum Dci συλλογήν & à verbo non creavit, sed nomine omnia,
dependeat opponunt secundo ex Mos. c. 2. v. 4. quibus respondemus Diem ibi collecti-
vè pro diebus distributivè usurpari. idq. ex hac maxime notandâ maximâ: In He-
bræâ linguâ hoc familiare est, ut singularia pro pluralibus, species nominentur pro
individuis. Quid ergo de hoc sextitudo & Quid de opere primi Diei è Mose ha-
bendum? Disceptationes variae neq. eadem per omnia hic Orthodoxorum (salvâ tamen
fidei unitate) sententia. Hanc confidimus esse veritorem quâ opus primi diei in mem-
bra dividitur quatuor. I. Producitur moles ista quæ caelestium & Elementarium cor-
porum fuit materia. II. Vegetantur aque Spiritu Domini. III. Creatione lucis, te-
nebræ discutuntur. IV. tenebræ à luce distinguuntur, & vices statè dierum & notitium
statuuntur. Videamus è Mose: Ait. IN PRINCIPIO Heb. Bereschbith
quæ vox aliquando denotat primitias ut Levit. 23. v. 10. quod notum contra Bona-
vent. Sunt Hebræi qui Existimant litteram Beth redundare. Quibus quis crede-
ret? Quis primam totius scripturæ litteram positam redundanter dicere præsume-
ret?

ret? *Obiectant: At Exemplum est Prob. 8. 6. 22. Inconueniens: nam in Proverbis de aeternitate sermo est, de qua Moses loqui ne ipse Hebraeus quidem dixerit. Quare quid istud sit: in Principio, disquirunt. Sententia varia sunt: Basilius septem, Ambrosius decem numerat. Frequentius prisci per Principium intelligebant Christum, conferentes cum hoc loco locū Iob. 1. 6. 1. Sed id historia Moysi non patitur, tum incidunt in absurdum, quod sic monstrō: Sic Eadem est locutio Gen. 1. 6. 1. & Iob. 1. 6. 1. & per principium Christus intelligitur, dicendum est Filium Dei fuisse in Filio Dei iuxta Iob. Evolve modò quae sunt apud Iohann. At posterius ita intellectu nō sapit* *Ἐπισημασθη*
ἡ ἡμετέρα ἡμέρα λέγειν. Ergo. Ibi Iudaus ait, Rectè, intelligi debere principium numeri & ordinis, cuius sententiā quicquid, Paræo vidæatur, sic retinemus ut dicamus intelligi & unā principium temporis. Et hæc verborum Moysi interpretatio est simplicissima. Brevibus, prolixis Scholasticorum quaestis satisfieri potest, quibus quaerunt, an Deus in tempore an cum tempore mundum creare cepit? Rectè cum Augustino respondetur quod cum tempore, ita ut cum mundo tempus cepit. Demonstramus Syllogismo: Principium temporis non est ipsum tempus, ut punctum lineæ non est lineæ sed principium lineæ, unitas non est numerus (strictè dicendo) sed principium numeri. At mundus Creari capit in principio temporis. Ergo non in ipso tempore. Satisfit simul alteri, An tempus fuerit ante quartum Creationis diem? Adfirm. contra aliquos novellos Calvinianos Vilasophos hac ratione: quia tres dies antecessere diem quartum. In contrarium objectiones simul omnes quas hæctenus produxere hac distinctione tollimus: Tempus aliud est Mathematicum & respectivum quod motu stellarum mensuratur aliud Physicum seu absolutum quod est Entis creatæ duratio finita: Nos autem de hoc non illo loquimur. Querunt alij Mundus an verno an æstivo an autumnali tempore condi cepit? Tu potius ab iisdem quaesiveris, cum ydem per ver, æstatem & autumnum tempus intelligant motu Solis Luna aliarumq; stellarum definitum, & verò quarto die tandem stellas esse creatas fateantur qui nunc cum tribus prioribus diebus nec ver nec Autumnus, nec æstas fuerit, qui mundus in aliqua ista parte creari unquam potuerit? Quid respondebunt? Si tamen de creatione rerum omnium quaesiveris, dicimus Autumnum fuisse initium & quidem mensis Octobris diem vicesimum quintum idq; moti Iannorum Sabbaticorum ratione II. textu Mosaiico Exod. 24. 6. 16. c. 34. 20. 22. III. testimonio Pamphrastris Chaldaei quod quidem in supputatione temporum omnibus hucusq; fuit longè maximū. super 1. lib. Regum Cap. 8. vers. 2. Et hoc: An numerus annorum à condito mundo in hodiernum usq; diem certus ita sit ut de eo certò pronunciarī possit. Quaestio est quam è minus dextrè intellecto loco Ecclesiast. 1. 6. 2. nonnulli negant, & plurimos videas dubitantes. Quae tamen valdè necessaria, id quod Theologi in explanandis difficilibus scripturae locis experiuntur, & multum ad illustrationem divinae providentiae facit. Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothec. Sanctae penè triginta numerat supputationes ab ortu mundi ad adventum Salvatoris, etiam potuisset quinquaginta, vel sexaginta. Unde tanta sit varietas querenti dicemus in disp. D. V. rationes etiam daturi quibus malo isti possit iri obviam. Ab initio mundi ad hunc diem usq; numeramus annos 5559 completos, quam supputationem petenti declaraturū sumus ad oculum. Sequitur. CREA VIT 70. legunt ἑποήσεν; minus rectè. Creando

Creando a. creans nō ab otio ad negotium non à potentiâ ad actum, sed ipse potius m̄
 dus è potentiâ negatibâ in actum quodammodo exijt. Creabit autem è nihilo, hoc
 namq. præfenti loco significat verbum Bara. Quod contra Philosophos veteriores
 observandum quorum errorem in Ecclesiam introducebant Manichei in Gallia præ-
 fertim, anno Christi 1017. vid. sup. Et innovavit eundem Paracelsus cum MAGNO suo
 MYSTERIO quem Medicus Heidelbergensis Thomas Erasmus ibit refutatam. Et si Deus
 è materia creasset præjacente, ista vel increata fuisset vel creata. Non increata, quia
 sic Deus. Si creata aut ex nihilo aut ex alia materia, Si ex nihilo, evicimus. Si
 ex materia alia, Et hæc rursus ex alia progressus datur in infinitum, quod absit, No-
 tandum autem meritò quod dicitur hic CREAVIT non creabat. Plinius in præf.
 oper. veteres pictores Et artifices opera absolutissima licet fierint, Et maxime admiran-
 da. pendenti titulo inscripisse ait: Appelles (vel alius) Faciebat non autem FECIT
 indicantes opera inchoata tantum vel imperfecta esse quibus aliquid ab ipsis adhuc
 omnino addi possit. Hic autem legimus creabit. Nam Et nostro Et ipsius Dei iudicio
 perfectissè Et omnibus numeris absolutissime omnia sunt creata. CREAVIT DEUS.
 Deus Pater 1 Cor. 8. v. 6. per Filium Joh. 1 v. 3. in Spiritu Sancto Psal. 33. v. 6.
 creabit omnia. in Hebræo pluralis numerus est Elohim qui cum verbo singulari Ba-
 ra conjungitur quasi diceret Creabit Dij. Id quare fiat acriter disceptant inter-
 pretes. Judei duas sòvent opiniones aut enim Angelos hic notari ajunt, qui in cre-
 atione Deo fuerint adjuncti seu administrantes. Quibus opponimus I. quod ipse
 Moses undecies cap. sequentes hunc Elohim vocat Jehovah II. dictum Esa. 44. v. 24.
 aut honoris causâ de Deo id dici arbitrantur quibus considerandum relinquimus,
 quàm stulte sint assania dicere Deum emulari magnatum vanitatem, quâ se unum
 esse potius contra Deos Ethnicos gloriatur? Mysterium Trinitatis insinuat
 quicquid Calvinus, Paræo, Thomæ Cajetano, Sixto Senensi, Benedicto Pererio visum
 sit dicimus cum Lutero nostro, adsentientibus è Pontificiis Burgenf, Galatino,
 Catharino Et Ambrosio Compensò è Calvinianis, Pellicano Et H. Zanchò, Idg. non
 modo ex ipsa conjunctione numeri singularis Et pluralis sed Et sequentib in Mose, qui-
 bus Et Filius Et Sp. Sanctus exprimitur colligimus. De Spiritu Sancto mox videbi-
 mus etiâ de Filio colligimus, quem denotari per verbum quo in creando Deus usus est,
 contra Beza et M. Ilyricum defendimus. Quorsum pertinet collatio locorum
 similium Psal. 33. v. 5. Syrach c. 24. v. 5. Joh. 1 v. 3. Col. 1. v. 26. Heb. 1. v. 2. anno-
 tabimus etiam Sylogismum. Quod per Dei Sapientiam, scientiam, prudentiam, a-
 pud Salomonem, cuius meminit Prov. 3 v. 18. c. 10 v. 22. intelligitur idem etiam, per
 verbu apud Mosen. Qui sic? Quia eadem effecta tribuit Moses verbo que Salomon Sa-
 pientia Et c. modo eode. At per istam intelligitur secunda divinitatis persona ut ex alle-
 gatiocis patet Et ipsi adversarij tantu abest ut negent, ut potius urgeant. E. Sequitur
 COELUM & TERRAM. Non potest dici quomodo hic desudent interpretes. Nobi-
 liores sententia quinq. sunt, istorum nobis placet qui primam istam molem intelli-
 gunt que caelestium Et Elementariu corporum sit materia utpote que ad historica ex-
 plicat ionem est convenientior. Unde questio ista de qua Philosophorum Schola perso-
 nanat decidi potest: At sit superiorum caelestium Et inferiorum terrestrium
 corporum eadem materia? Contra Peripatum afirmamus è verbis Mosaicis

quin & è hypothefib. aduers. proprijs extractum Syllogifmum opponimus: *Que unum sunt genere ea quog. unum materia.* Sic Peripati Magister in 5. Metaph. At corpora caelestia & inferiora sunt unum genere. Quia Corpora. Ergo & unum materia. De terre attributis videatur textus. quæstiones delibamus: Anper Spiritum hoc loco tertia Trinitatis persona intelligatur? Dicimus id contra nonnullos quorum sententiam defendendam suscepit Andreas Libæius Medicus in Hexæam., Pag. 15. Et quid intelligeretur aliàs? At è Tertulliano & Theodoro, ventum. at unde ventus in ista confusa mole? Audiamus etiam subtilitatem Enjedini. Hic Spiritum hunc Deum non esse colligit quia dicatur Spiritus Dei non autem DEUS. Quid audio? Siccine Filius non est homo quia dicitur Filius hominis? Absurdum. Queritur etiam, Lux primo die creata fueritne substantia an accidens? Hec enim quæstio ob Bellarminianas rationes in loco de Cænâ notanda est. Bellarminus inde inhaerentiam in subiecto ad accidentis essentiam non pertinere adserit cum Basilius scribat lucem Solis creatam primâ die mansisse absq. vehiculo tribus diebus, sunt itidem ex Orthodoxis qui negant esse accidens: Nobis istorum, quæ & Dibi Lutheri magis arridet sententia lucẽ hanc esse accidens & lucidi corporis qualitatem, quod corpus erat caelum aquis immersum unde & lux Exilior fit utpote non ex aquarum nebulis educta, nec in unam caeli partem (quam jam Solem esse credimus) collecta. Sed per totum hæmispherium caelestis machine sparsim diffusa. Calvinista. Daneus circa opera primi diei multa habet absurda inprimis hocce quod mundum ait conditum in spacio vacuo, Tobu, seu locũ in quo conditus mundus ante creationem fuisse vacuum, post creationem plenum. Opponimus vacuo Danei & qui illum sequuntur hocce: Locus iste de quo ipsis sermo aut increatus fuit aut creatus. Non creatus quia sic aliquid creatum prius fuisset genere creaturarum quod absonum. Si increatus Deus erit. Et si locus Phisicus ut ajunt quomodo absq. locato? Tandem dicitur, quod factus sit Dies unus. Unus dicit Moses non primus, in quo multi nescio qua querunt mysteria sed præter rem, nam hic usitatus est Hebraismus ut utantur sepe cardinalibus pro ordinalibus. Exempla vide Gen. 8. 6. 5. Daniel, 8. 6. 1. Marc. 16, 8, 1.

I I I.

Secundo quid de opere Diei secundi? Creata est eo die expansio sive Firmamentum & distincta aque supernæ ab inferioribus. Solum aërem per Firmamentum intelligunt Calvinus, Marloratus, Barrhajus, Tilenus: Quibus opponitur quod die quarto in firmamento sidera collocentur, quæ non in aëre sed in concamerato cæli fornice cernuntur. II. Quod Moses distinguit Rakia & Schamaim, illud aethereum corpus complectitur, hoc aërum, unde volucres dicuntur volare in Schamaim & sub Rakia non in Rakia. Inprimis hic de aquis supercaelestibus disputatur an sint supra Firmamentum? Origenes & Hugo allegoricè & Ethicè interpretantur per aquas transcælestes beatitudinis aeterna contemplationem, per inferiores terrenam conseruationem, per Firmamentum integerrimum hominem renovatum intelligentes, quibus quando Mosen non allegoriam sed historiam scripsisse novimus, non adsentimur. A-
quæ

quas autem esse supra firmamentum, Judaeorum commentum vocat Parvus, nec
 melius Calvinus. Nos cum Ambrosio l. 2. hexaem. c. 3. (ut & alijs) aquas supra firma-
 mentum esse credimus, moti non ista quidem ratione, quam Ambrosius urget quia sc.
 Sol quandoq; madidus appareat propter aquarum nutrimentum; sed verbis Scriptu-
 ra ut hoc loco sic & Psal. 104. v. 3. Dan. 3. v. 60. De Caelo repetantur hic quae
 diximus disp. de Christ. Calvinistic. Summatim nostram de opere diei secundi sen-
 tentiam sic explicamus: Die secundo Deus quasi in manus sumit aquositate[m] ru-
 dem & tenebrosam, quae prius nihil erat, nisi res fluida & vaga, eamq; solidam & fir-
 mam efficit, ita ut firmamentum hoc solidamq; compagem inter duas aquas collocet.
 Nam ante circa terram erant mere aquae, jam in medias immittit manum & sepa-
 rat eas in duas partes, unam servans sursum, alteram deorsum. In medium ponit
 sphaeram quam caelum vocamus appellatq; firmamentum, quia non temere agitatur ut
 aer, nec fluitat inconstanter ut aquae, sed stat firmiter. Prinsquam autem ita con-
 cinnaretur, etiam incerto vagabatur: Datq; ei Deus proprium nomen caelum. Fu-
 erat & primo die caelum, sed nomen nondum habebat certum, quia nondum erat per-
 fectum & stabilitum seu confirmatum, ut sic posset appellari. Vide Luther. in 5. tom.
 Jenens. comment. in Genesin. Sed quare operi secunda diei non addit Moses approbatio-
 nem divinam, quae reliquis diebus additur, ut dicat hoc modo: Et vidit Deus Expansio-
 nem quod esset bona. Judaei ideo ajunt fieri, quia secunda die Gehenna sit condita.
 Alij alias s; d. ad similes adferunt rationes qui refutatur Exinde, quod Epilogus iste; vi-
 dit Deus Omnia quae fecerat & erant valde bona etiam ad hunc diem pertineat. Quae-
 quam sint qui de hoc non esse dicunt sollicite cogitandum, sic tamen sentimus: Cum
 in historia diei tertij bis approbativa sententia legatur, scribarum incuria sententiam
 eam trajectam posse esse e die secundo ad tertium in quo habetur bis. Quod si ne hoc qui-
 dem, respondem; data omissionis sententia istius probabili hac ratione: Quia aquis ad-
 huc terrae incubantibus & nondum in locum suum ordinatis opus distinctionis aqua-
 rum affectum potius quam perfectum videbatur.

IV.

Quid de opere Diei Tertij? Hoc die terra quae tota adhuc aquis immersa
 & tecta fuit in apertam producitur lucem, exiccatur ut generationi rerum, habita-
 tioni & animantium usus in servire possit, deniq; omni herbarum fruticum arbo-
 rumq; genere exornatur. Hic duo queruntur praecipue. I. Quomodo in unum lo-
 cum congregatae aquae constituerint mare relicta terra arida? Basilius primum o-
 mnem aquam quae erat in terra sive exterius dixeris sive interius, penitus a terra vult
 esse segregatam. Quod si de humore aquo intelligit ei non adsentimur, nam absq;
 eo terra consistere non potest. Brevisiter loquitur Moses de quacumq; aquarum collectione,
 id quod Hebraea veritas innuit, quae non tantum significat aquarum mole[m], sed & alve-
 um vel fundum quo continentur aquae, adeo ut textus hic in genere de mari & flu-
 minibus veniat intelligendus. II. Mare an sit subiorum penu vel thesaurus e quo
 flubij dimanent, e quo effluant & in quem vicissim resuant an v. flubij ceu meteora e
 vaporibus terrae generentur? Posterius ait Aristoteles rectius tamen eo sentit Praeceptor
 Plato

Plato, Aristot elem inprimis Omnium flagitiosissimè defendit Cardanus, cui opponit
 musexpressum dictum ex Cap. 1 Ecclesiast. 8. 7. quod pvs sufficit. Querimus a. Si ma-
 ximè detur posse ex aëreo vapore aquam generari, possitne ista materia esse perpetua,
 & in pegrandi semper copia, qualis in magnis subijs requiritur. Et cum partes aëris
 subtilioris nempe Elementi plurimè ad exiguam aquæ molem generandam exigantur,
 ubi tanta specuum subterraneorum vastitas quâ aër iste contineatur? Per quos poro
 tanta copia terram subeat?

V.

Quid de opere diei Quartii? Dies hic natalis est Luminariũ celestium quod con-
 tra Catharinũ Eugubinũ notandũ, qui astra ante hunc 4. diem dixit creata. Opus in
 quo diuina sapietia vestigia dicũt Patres maxima, unde & Poëta Christianus: E. H.
 Esse Deum quicunq; negat mox sidera spectet, sidera qui spectat jurat is esse Deum. Cum
 Luminaria à Deo creentur non sunt numina aut Dii ut Plato in Timeo putabat, &
 alij astricola 8. 2. Paral. 33. 6. 3. Jerem. 44. 8. 17. Interpretes querunt cur Deus
 dicat sint Luminaria in firmamento: non vero producat firmamentũ Luminaria, ceu
 quidem dixerat sup. Producat terra herbam. Et hic desudant, causã nullã, nam quid
 si Deo tantum ita libuisset? Ii autem videntur dicere maximè consentaneas, vi reddunt
 rationem hanc, terram non semel debuisse producere stirpes istas sed nobis subinde
 germinare, Cælo autem nõ subinde nobis sidera producere fuisse sed semel condita su-
 stinenda. Quæ in textu hoc Mosaico sunt, possunt ad IV. reuocari. I. Quæ corporum
 istorũ natura sit. II. quæ species. II. qui finis IV. quæ quantitas V. Quis locus vel situs.
 Quã primum: Luminaria (ea autem non allegorica) dicuntur, quo vocabulo officiu-
 um etiam simul innuitur. De horũ materia disceptabant Chaldei & Magi qui natu-
 ram siderum dicebant igneam. Aristotelicum densiore, sui orbis partem, orbem autem
 volunt (falsissimè) Essentiã quintæ. Vid. Laert in princip. Plin. l. 2. c. 21. Plut. l.
 2. de Pl. Pbl. c. 13. Senec. in quest. nat. l. 7. c. 1. Arist. l. 2. de cæl. c. 7. scriptu-
 ra ductũ ejusdem cum cælo esse natura adfirmamus unde Christus & Petrus cælum
 & stellas ceu ejusdem essentiæ conjungunt & eodem modo dissolutionem eorum de-
 nunciant Matth. 24. 8. 29. Luc. 21. 8. 25. 2. Pet. 3. 8. 10. Quã secundum: Species
 expressè non discernuntur nam *συνειδογενῶς* v. c. p. a Mose numerantur. Pto-
 lomæus stellas errantes numerat 1022. Cabala in Drasch in. Es. 49. 29000. myria-
 das. Vide de luminariibus Cæli Psal. 147. 8. 4. Esa. 45. 8. 12. Job. 38. 6. 31. Psal.
 8. 8. 13. Nec ò probabiliter satis quidam ex Isa. 30. 8. 26. Planetarum nume-
 merum colligunt Quã tertium: Finis posset recitari multiplex vide. Psal. 89. 8. 3.
 Psal. 104. 8. 136. In textu Mosaico præter annotatũ triplex exprimitur usus. I. ut
 fin quant inter diem & noctem artificialem sc. explicante Luthero. Breuiter Crean-
 tur non ut diem & noctem efficiant; facta enim jam erant, sed ut diei noctiq; præ-
 sint ait Basilius. II. ut sint signa. Variè hoc explicant. Sunt qui hoc de figuris
 intelligunt, quas quidem sidera nobis exhibent signa vocant Mathematici, cujusmodi
 in Zodiaco sunt 12. extra Zodiacum 30. ab Astronomis obseruata. Quibus non
 adferuntur; Quia Deus non dicit simpliciter erunt signa sed sint Signis vel erunt

IN Signa. Explicationem veram collige e locis Ios. 10. v. 12. 1 Reg. 8. v. 43. 2 Reg. 20. v. 11. Psal. 104. v. 19. Matt. 10. v. 3. Luc. 12. v. 54. c. 21. v. 25. Hoc loco contra Astrologos, augures, auruspices, genethliacos disputandum est qui querunt: An ex Astris certa de rebus futuris divinatio institui possit, ita quidem, ut ex eorum positu vel themate, ut vocant, genethliaco, de hominis ingenio, moribus, studijs, fortunâ, matrimonio ipsâ etiam morte & mortis tempore judicare possimus? Isti nescio quibus influentijs adsfirmant. Contra I. Solius Dei est prævidere futura Esa. 31. v. 22. Amos 3. v. 17. Sic Ier. 10. II. Deus istos Astrologos damnat Deus 15. v. 10. 14. Iob. 8. v. 18. ridet eos, ijs credi prohibet & exitium minatur Ies. 19. v. 3. 12. c. 44. v. 25. in primis c. 47. v. 13. Ier. 10. v. 2. cap. 27. v. 9. c. 29. v. 8. III. Sabonarolam pium Martyrem sequamur ducem, & dicamus ne quidem Dæmones ista scire, multo minus Astrologos. Hinc argumentum: Si ne ipsi quidem Dæmones possunt ex astris futura contingentia prænocere multo minus Astrologi. Nam quantum hanc scientiam Dæmones longum præstant Astrologis. At ne ipsi quidem Dæmones hoc possunt ut ex Esa. loc. all. Constat. Sciunt quidem quandoque futura, sed sciunt in suis causis, quarum sunt investigatores astutissimi aliquo modo existentia. Et prædicunt tum non ut futura sed ut quodammodo jam existentia. Ergo. IV. Si ista ad bonum & malum differentia esset astrorum motui adscribenda sequeretur Deum omnium malorum esse causam primam, cum à Deo omnis astrorum virtus immediatè proficiscatur. At istud absurdum. Ergo. V. Si astrorum cursus esset vitiorum in homine causa, fuisset etiam tum si homo in primo integritatis statu permanisset, quia & tum ydem astrorum cursus, ydem aspectus permanissent. At posterius itidem absurdum. Ergo. VI. Ne Exempla adducam, possem autem magno numero, idem senserunt Ecclesia primitiva Patres & referas hoc loco legem Imperatoriam C. de malefic. & Mathemat. leg. 2. & c. Quidam Medico Politicus istos Astrologos quâdam Prognosticatione hisce verbis eludebat: Ungues & capillos tum demum præcido, cum oblongiores fuerint: Vestes novas prius non induito quam sint confectæ; principem adito cum sui copiam tibi fecerit, duc uxorem, quæ tibi nubat in Domino. Venam seca si consulat Medicus, qui in curandis agris non planetas sed plantas inspicit, nec Calendarium, sed Galenum suum consulit. III. Finis est ut sint in tempora dies & annos, R. Onkelos ita expressit: ut numerentur per ea dies & anni. Vide & Explicationem ex Ierem. 31. v. 35. Quâ quartum. De quantitate prolixius Physici. in textu Mosaiico luminarium aliud majus aliud minus dici cum D. Luthero putamus non tam corporis quam lucis ratione, quæ in Sole major; in lunâ minor est. Sed cum duo dicantur luminaria Magna, queritur an Luna etiam propriû & congenitum habeat lumen? Negamus I. ex incrementis & decrementis Lunæ juxta accessum ad Sole vel recessum ab eodem II. in primis Eclipsib. Lunaribus: Cum n. globus terræ inter Solem & lunam diametraliter interponitur, & terra radios solares interceptos à lunari corpore avertit obtenebratur luna, quod non fieret si propriû haberet lumen. At verba Moysis nimis clara sunt dicis! Vocat luminare, habebit Ergo proprium lumen, licet id non videamus Respondeo hoc Syllogismo: Moses Lunam luminare vocans de tali lumine loquitur quo præest nocti, quo noctem illuminat, illustrat: At verò istud lumen à

*spicite Solis radijs afficitur, eò majus animadvertitur illius incrementum, donec in op-
 positione tota ab opposito Sole illustrata fiat, plenilunium. Ergo Moses de tali Lumine
 & nō alio (nec est ut inter lucē & lumē distinguas) loquitur. Ergo ex Mosaicis verbis
 deduci non potest habere Lunam lumen propriū ut maxime non videamus Quā s. de
 situ & loco clarissimè textus loquitur, esse Expansum seu regionem etheream. Quaerunt
 hic quidam Philosophi An caelo immobili existense moveantur stellae an vero ha-
 motu orbium. Et resumpsere istam quæstionē Theologi, illud docebant græci, hoc
 quidam Latini præsertim D. August. Sed Philosophorum hæc magis sunt, quærentis
 tamen in diss. actū distinctè respondeb. Ineptissima est Innocentij. III. hujus nominis
 Pape sententia, qui de duobus Luminarib. in Mose ita interpretatur ut inde Impera-
 torem (luminare mirus) Pape (luminari majori) subijciat in decret. l. i. tit. 33. de ma-
 & obed. c. 6. solita. Porro occasione festi trium Regum quod vocant, Quid de stella
 qua Magis apparuit, Matth. 2. habendum an eā vera stella disquiremus? Priscitue
 multi ut circa Magos sic & circa stellam hanc errabant. Circa istos multifariam
 iste error autem tolerari merito non debet quod Magos hos ex Saba venisse dicunt.
 (Reges ex Saba veniunt) Nam Magi venerunt è regione qua respectu Judeæ sita est
 in Oriente. Sic habet textus Matth. 2. At Saba non est sita in Oriente sed in Meridie.
 Ergo inde nō venere. Circa nō ming. stellā, istā naturalē fuisse cōtra omnullos pernega-
 mus. I. Quia sic die 4. esset creata & sic fuisset ante istos Magos, & sic miraculi loco
 illis esse non potuisset, nec iterum evanuisset. II. habuisset motum stellis proprium,
 Ordinarium. At nec hunc. III. non in æthereā sed in aëreā regione constituisse. Come-
 tam ergo ajunt nonnulli. Sed ne hoc quidem, quia Cometa sideris à quo acceduntur
 sursum sequuntur, hæc nullius stelle cursum. Rectius Chrysothomus ait, fuisse
 Angelum.*

V I.

*Quid de opere diei Quinti? Incipit hic Creatio animalium, & quidem hoc
 die producuntur pisces & aves. Quærent cur pisces vocet reptile cum natent non
 repant? Respondet Isidorus cap. 6. definitione reptilium: Reptilia dicuntur, quæ
 natant, quæ repandi habent speciem & naturam, & quamvis se in profundum im-
 mergant, tamen innatando repant. Vide & Bonaventur. in 2. sent. dist. 15. Ex a-
 quā volucres esse productas textus testatur, centies licet Calviniani contradicant,
 sed non ex aquā solā, sed ex aquā & terrā ut constat ex cap. 2. v. 19. Cetorum memi-
 nit inter pisces præ reliquis idg. ne cogitaremus immania ista corpora de quorum
 magnitudine & robore relictis profanis sufficere possunt quæ Job. habet c. 41 v. 20.
 esse spectra sed vera Dei opera, ad ipsius magnificentiam contestandam comparata.
 Hinc & hos univoce respirare è Saeris statuimus: reliquos non item.*

V I I.

*Quid de opere diei Sexti? Complet hoc die Deus ternam varjū animalū specieb.
 & hominem demum condit. De venenatis animantibus hoc loco queritur. Manichæi
 serpentes, viperas aliasq. noxias creaturas malo adscribebant Deo sed hi refutantur
 ab Augustino lib. de Genes. cont. Manichæo cap. 6. Sunt qui ut herbas noxias sic ve-
 nenata animalia demum post lapsum orta fuisse ajunt unde & Basilius ait: *Post lapsum
 Adami lapsum sine hinc crevit.**

capite Ebriamus. Quod post lapsum nocent id peccato tribus non animantib. Nō
tamen usibus destituuntur. Etiam hoc dicere possis, nullam bestiam esse perniciosam
adeo, scilicet non sit aliqua utilitas in genere humano sic viperarum venenum ad The-
naca confessionē adhibetur, quod contra venenū Antidoti loco usurpari & adhi-
bericonsuēbit. Creationē mundi concludit Dominus Creatione *μὴ γὰρ ὄψην* Homi-
nis. Vide Nazanz. Orat. de Theol. Hec describitur tribus. I. Deliberatione Trinitatis
II. ipso opere III. benedictione hominis & declaratione officij ejus. Vbi notandum
primò, in creatione hominis ter repeti verbum *Bana* ad designandam absq. dabo Tri-
nitatem. Quod ad deliberationem, Est ibi: *FACIAMVS HOMINEM*. Cir dicat plu-
raliter. & non singulariter *Faciam* hominē quæsseris. Iudæi ad honoris causam con-
fugiunt ut superius. Quibus hoc loco respondemus I. *istud in Hebræâ* lingua non esse
usitatum II. plurali numero principes significare se consiliariorum primatum admi-
niculis quid decernere quod si ad Deum transfuleris est impium. III. *R. Abe-*
Neza dicit in tota sacra historia etiam nullum hominem vel Regem ut maximo
superbissimum de se pluraliter locutum esse. Nec melius sentit Enjedinus cum Socys.
Nos Divine in essentia unitatē & personarum pluralitatē hinc colligimus. Illud hoc
modò: Quorum una est operatio eorum una natura. Eius qui hic loquitur, & eorum
ad quos loquitur, est una operatio hominis Creatio nēpe *Ibid.* Ergo eorum una natu-
ra. Vel: Quorum una est imago eorum est una natura. Eius qui hic loquitur &
eorum ad quos loquitur est una imago: Sunt n. hac verba: ad imaginem nostram.
Hoc è verbis *FACIAMVS*, & *NOSTRAM*, quib. cū non innuat pluralitas essentia
relinquitur personarū adeoq. trium quia plures non sunt nominatæ. Quæ a. Consultationem
hanc ad Trinitatem non referunt. *ys* auctoritate Synodi Sirmienensis dicitur
Anathema vide Socrat. l. 2. c. 30. Tripart. l. 5. c. 7. De imagine Dei habebimus
diss. seq. II. De Opere dicitur quod creavit Deus hominē *Masculum* & *feminam* de
quo est cap. 2. veluti commentarius. Circa quantitatem primū humani corporis di-
verse sunt opinionēs. Sunt qui volunt Adamum proceritate corporis fuisse Gigan-
tem & omnium Gigantum maximū idq. ex loco cap. 14. Iosue male intellecto. Con-
trā a. ex 6. cap. Genes. constare potest Gigantes ante mortem Adami non existisse.
Statutum ergo ut ipsi perfectam qualis scilicet naturalis hominum acretionis ter-
minus requirit tutius est. Quod animā attinet. fuere dixerunt Deum de sua substan-
tia animam creasse. Sic Origenes apud Epiphani. lib. 1. tom. 1. hares 5. sic stoici
vide Lombad. diss. 7. lib. 2. Sic Origenista qui eò hallucinantur quod ex locutione
Tropacā quæ nec *αὐθῶτος ὁ θεὸς* Deus dicitur inspirare, propria facit, quæ
scripturæ nil aliud quam facilitatem creandi demonstrare, & naturam animæ quod
non sit e materia crassa sed Spiritus creatus invisibilis & intelligens arguere voluit.
Flatus iste quo animatus divina creatione homo. est quidem a Deo sed non ex Deo.
Nam Deus habet essentiā simplicissimā qua in partes non dividitur: Et si anima ex
divina esset essentiā a sua natura non recederet. Querunt & hic. Quomodo anima sit
tota in corpore toto: Sic statuimus: Sicut Deus unus semper ubiq. totus omnia
vivificans, movens, gubernans Act. 17. Sic anima in suo corpore ubiq. tota viget, vi-
vificans illud movens & gubernans. Vide Augustinum lib. de spiritu & anim. c. 35.
Luther. de Sacramento Thom. part. 1. dist. 76. art. 8. Arist. l. 1. de anim. c. ult. Sed de


reponi possunt omnia. III. Quod ad benedictionem quæ efficit, ut totus homo generet totum, neq. partem saltem hominis, corpus absq. rationali anima. Sufficiat in presens hocce: Deterior non est in homine generandi ratio quam in brutis: vel, Mandatum d. binū crescite & multiplicamini non minoris efficaciam in homine quam in brutis. At in brutis mandatum divinum ita efficax, ut similia sibi procreent bruta non secundum corpus modo sed & secundum animam. Ergo.

II X.

De Angelis Creaturis licet Col. 1 v. 16. Ps. 104. v. 4. Moses in Hexaëmero non meminuit. Quid caussæ? Procul dubio ea, quia visibilibus creaturarū creationē describere instituit. In Compendijs Theologicis ex Athanasio ad quartam quæstionem Antiochij (Athanasium esse ejus verum auctorem non putamus) vel Chrysostramo potius & Theodoro ad Genes. dicunt pleriq. Iudeos ingenium ad Idololatriam admodū habuisse proslivē, quare ne occasio istis daretur Angelos adorandi, Moysen Consulto creationem eorū prætermisisse. Ratio hæc pace istorū nobis non videtur subsistere. Nā I. Si ea fuisset causa ne quidem Luna, Solis, animalium mentio faciendā fuisset. siquidem inde Idololatriæ materiam sumpsisse Iudeos sæpius, certum est. II. Judei Angelorum notitiam habebant è majorum traditionibus, quibus apparuisse acceperant ut Agari Gen. 15. v. 21. Abrahamo c. 18. & c. Lotbo c. 19. & c. quas apparitiones Moses recenset. & quid? anne idem, mox ut Adam ejectus è Paradiso, scribitur in ejus loci custodiam positum esse Cherubim Gen. 3. anne ibi absq. Idololatriæ periculo Angel. facit mentionem? III. Potius ea de causā qua adfertur fuisset consultum ut Angelorum creationē Moyses expressisset, quod ita Angelos creaturas non Creatores, non Deos esse docendo, Iudeos ab Idololatriā vel eo modo abduceret. Quoad ipsum Creationis diem probabilius esse illorum sententiam putamus qui primo eos dicunt creatos sed non Aug. fundamento. sunt autem Spiritus Ps. 104. v. 4. Quod & ad tempus humanis corporib. induti se conspiciendos præbuere non propterea corpora sunt, nam sic & Deus esset corporeus qui in forma visibili se hominibus videndum præbuit Gen. 18. v. 2. & c. Quæ de circumscriptione locali & corporeitate Angelorum garrir Goclenius ex alijs, refutari possunt è auctis principijs. de ANGELIS. a. BONIS qui Dei faciunt voluntatem Psal. 103. v. 20. & homines custodiunt Ps. 91. v. 9. in choro Num. 22. v. 22. in choro Iud. 6. v. 11. in choro Gen. 24. v. 40. in vjs Psal. 91. v. 11. & MALIS non quidem Creatione sed defectione, qui Deo adversantur Luc. 11 v. 23. & hominibus 1. Pet. 5. v. 8. in choro Exod. 1. v. 2. Luc. 8. in choro Paral. 22. v. 1. in choro 1. Cor. 7. v. 5. 1. Tim. 5. v. 22. in vjs è 1. Pet. 5. v. 8. prolixius querere, est dissertationis alterius. Hæc de mundi principio (& fine) sufficiant, quæ dissertatio nostra ut ed. sit fructuosior sententiam hanc; se quis statuere velit tempus Ecclesiæ Novi Testamenti, quod anno natiuitatis Christi viceesimo nono suum habuit initium, demum anno natiuitatis ejusdem millesexcentesimo & septuagesimo terminandum; nec esse impiam nec improbabilem è capite 14. Apocalypseos desideranti cum Deo declarabimus.

I X.

Sed & ne hic indictus ab eas M. Lampadi hoc apponimus: Qui querunt an sit




In Ornatissimi Juvenis,
Dn. HERMANNI Wolff/ amici
sui nomen.

FAllor, an illud ovem nomen deterreat horrens
Wolff/ ut fors an huic omen inesse putet?
Fallitur. Haud animo Lupus hic, sed nomine, non re.
Non feritate ferus, sed pietate pius.
Non ove, non ave, non sue, non bove, nec face ventris
Vescitur ille Lupus, quadrupes dante sono.
Pro sue, pro grue, pro dape, pro lue, prove capella.
Sed necat ille Lupus pseudo Davidis oves.
In tunica patet A G N U S eis, latet anguis in herba.
Vestis ovina patet, corda lupina latent.
Has rapit, has capit, has necat, has secat, hasce fatigans
Iam, jam, jam, jam, jam convocat, angit, agit.
Non stipe, non prece, non lue, nō nece, sed duce linguâ
Obvia quæq; capit, devia quæq; rapit.
Sic libet? eja libet, sic, sic tibi, docte Lupine,
Laus venit alma solo, nec moritura polo.
Perge Lupine lupos lupus usq; domare Lupato,
Perge sonare precis, suppliciove necis.


Rudolphus Heggerus Lingo-
Westphalus.







capite Ebriantibus. Quod post lapsum nocent id
 tamen usibus destituuntur. Etiam hoc dicere pos-
 adeo, cuius non sit aliqua utilitas in genere hum-
 nitate a consuetudine abibetur, quod contra ven-
 dericonfuebit. Creatione mundi concludit Domi-
 nis. Vide Nazanz. Orat. de Theol. Hec describitur
 II. ipso opere III. benedictione hominis & deo
 primo, in creatione hominis ter repeti verbum Ba-
 nitatem. Quod ad deliberationem, Est ibi: FACI-
 taliter. & non singulariter Faciam hominē que est
 fugiant ut superius. Quibus hoc loco restitendum
 usitatum II. plurali numero principes significare
 niculis quid decernere quod si ad Deum transi-
 Nostra dicit in tota sacra historia etiam nullus
 superbissimum de se pluraliter locutum esse. Nec
 Nos Divina in essentia unitate & personarum p-
 modq; Quorum una est operatio eorum una nat-
 ad quos loquitur, est una operatio hominis Crea-
 tura. Vel: Quorum una est imago eorum est un-
 eorum ad quos loquitur est una imago: Sunt n-
 Hoc: e verbis FACIAMUS, & NOSTRAM, quib-
 relinquitur personarū, adeoq; trium quia plures
 tionem hanc ad Trinitatem non referunt. ys aut
 Anathema vide Socrat. I. 2. c. 30. Tripart. l. 5.
 dist. seq. II. De Opere dicitur quod creavit Deu
 quo est cap. 2. veluti commentarius. Circa qua
 versa sunt opiniones. Sunt qui volunt Adamu
 tem & omnium Gigantum maximū idq; ex loco
 trā a. ex 6. cap. Genes. constare potest Gigante
 Staturam ergo ut ipsi perfectam qualis scilicet
 minus requirit tutius est. Quod animā attinet,
 tia animam creasse. Sic Origenes apud Epiph
 vide Lombad. dist. 7. lib. 2. Sic Origenista qui
 Tropica quā nec aibowon abeacv Deus dicit
 scriptura nū aliud quam facilitatem creandi d-
 non sit ē materiā crasā sed Spiritus creatus in
 Flatus iste quo animatus divina creatione hom-
 Nam Deus habet essentia simplicissimā, qua in p-
 divina esset essentia a sua natura non recederet.
 tota in corpore toto: Sic statimur: Sacut
 vivificans, movens, gubernans Act. 17. Sic ani-
 vivificans illud movens & gubernans. Vide Aug
 Luther. de Sacramento. Thom. part. 1. dist. 76.



in animantib. No
 m esse perniciosam
 Venenum ad The-
 usurpari & adhi-
 x corcorus Homi-
 eratione Trinitatis
 us. Vbi notandum
 m absq; dubio Tri-
 M. Cur dicat plu-
 poris causam con-
 a lingua non esse
 primatum admi-
 III. R. Abe-
 Regem ut maxims
 edinus cum socijs.
 ligimus. Illud bo
 loquitur, & eorum
 o eorum una natu-
 ur hic loquitur &
 oginem nostram.
 pluralitas essentia
 a. Qui a. Consulta-
 firmiensis dicitur
 e Dei habebimus
 m & feminam de
 mani corporis di-
 poris fuisse Gigan-
 le intellecto. Con-
 lami non extisse.
 am acretionis ter-
 um de sua substan-
 heres 5. sic stoici
 mod ex locutione
 oriam facit, quā
 ram anima quod
 us arguere voluit.
 o sed non ex Deo
 vr: Et si anima ex
 quomodo anima sit
 ubiq; totus omnia
 ubiq; tota viget, vi-
 titu & anim. c. 35.
 anim. c. ult. Sed de